

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Icones sive imagines virorum literis illustrium**

**Reusner, Nikolaus**

**Argentorati, 1587**

Ioannes Geylervs

[urn:nbn:de:bsz:31-271751](#)

IOANNES GÉYLERVS CAESARISBER.  
gius, Argentinensis Ecclesiæ Concionator.



Sacra docens, fidei monstro tibi lumina sanctæ,  
Clarius Argyrope mox habitura decus.

M. D. X.

B ij

## IOANNES GEILERVS ALSATTVS:

Patriâ natus Monte Cæsarî oppido imperiali:  
Perlustratis varijs orbis Christiani academijs:  
Præclaram non Philosophia solum, sed in primis  
Theologia studijs perdiscendis affer-  
cetus gloriam:

Quam ipse max. cum admiratione summæ elo-  
quentiæ, memoriæ, constantiæ, non vno  
postea loco professus publicè:  
Literarum Diuinarum Doct'or sanctiss.  
Sermonibus per multos annos sacris habitis,  
præter patriam,

Heripoli, Basileæ, Friburgi:  
Tandem sacris præfектus Argentinæ concionibus  
in summo Templo:

Petro Scoto col. prudentiss. auspice rem mode-  
rante diuinitus, atque constitueret:

In quo versatus munere cum laude & gloria,  
annis totis X X II. amplius:

Tanto pietatis zelo, & tam claro innocentis vita,  
viuæque doctrinæ exemplo:

Præcipuis Germaniæ Antistibus, insuper etiam  
Diu. Maximilianos. Aug. Cæs. carus ob  
id maximè habitus:

Obiit Anno M. D. X. Aet. LXX. VI.  
Eidibus Martijs.

N IOAN. GEILERVM CAESARIS PER-  
gium, Summi Templi Argentin. Concionatore.

SEBASTIANI BRANDI.

Quem meritò deflet vrbs Argentina, Ioannes  
Geilerus, Mons cui Caesaris est patria:  
Sede sub hac recubas, quam recti Prae*c*o fidelis,  
Sex propè lustra docens verbas salutifera.  
Tu splendor Cleri: speculum pietatis: amator  
Virtutum: pacis iustitiaeq*s* sator:  
Tu morum censor: vii*or*um acerrimus hostis:  
Tu scelerum omnigenum maximus osor eras.  
Solamen miseris: inopum pater: atque patronus  
Mitis in accessu, perq*u* benignus item.  
Nec personarum fueras acceptor: at aqua  
Cunctos taxabas lance libraq*s* part.  
Nec prabendarum cumula*st* parcus aceruos:  
Contentus tenui semper at officio:  
Divitias contempsti, fastumq*s* & honores:  
Numilegos Druides carpere doctus eras.  
In factis constans, stabilis quoque: non ut arundo  
Aut stipula aëri pes vento agitat a solet.  
Cuncta opere explesa benefacta prius: docuisti  
Tum deinceps alios te & tua facta sequi.  
Tu pompas seculi fugisti, & gaudia vana:  
Verba Dei assidue scriptaq*s* sancta legens.  
Pro tantis cœlum meritus virtutibus inde,  
Sub pedibus cernis sidera clara tuis.      B    iiij

## IACOBI VVIMPHELINGII.

Argentina Deo grates age, plaudere, triumpha:  
Quod talem morum visa es habere patrem:  
Terdenos supra antistes qui maximus annos  
Te docuit, simul & scripta probata dedit.  
Ad declamandum non impulit hunc sitis auri;  
Non fauor, aut luxus, auctuimusque nouum:  
Sed diuinus honos, animarum zelus & ingens:  
Quas docuit rectam carpere ad astraviam.

## PETRI GVNTHERI.

Quod Roma Cicero fuit eloquio, pietate  
Scipio, Pompilius religione Numa:  
Iustitia Grachus, constanti corde Metellus,  
Seneca consilij, ingenioq; Cato:  
Quod Crassi grauitas operis, clementia Brutii,  
Castus amor Fabij, Fabricijq; modus:  
Quod Romæ plures: hoc Cæsar pvergus unus,  
Argentina tibi gloria magna fuit.  
Flete patrem patriæ, ciuem lugete Treboce:  
Occidit en vestri duxq; paterq; gregis.  
Hunc precibus seruante püs lugubriter: ut sit  
Vester apud superos, quod fuit ante, pater.

## IOAN. LACHMANNI.

Vescitur ambrosia, cui vix manet orbe secundus:  
Quod docuit Pastor, ritè sequantur oves.